Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



109

Hic autem ipse dominus recordatur & miserendum
dicit & causas miserationis exponit;
Quia triduo iam perseuerant mecum & dimit
tere eos ieiunos nuult ne deficiant in
uia; Isti quidem septem panibus hoc sa
crato aluntur numero atque profecto non sus
quinque milia sed quattuor milia, qui
numerus semper in laude ponitur,
& quadrangulus lapis non fluctuat non in
stabilis, & ob hanc causam & iam euange
lia in eo numero consecrata sunt.
At ille respondentes eis facto uerbo perediu
citis serenum est, Rubicundum enim
caelum & mane hodie tempestas;
Rutilat enim triste caelum, faciem ergo
caeli iudicare nostis. signa autem temporum
non potestis. hoc in plerique codicibus non ha
betur sensusque manifestus quod et
in omnibus ordine atque constantia possint
serenum & pluuium diesque agnosci;
Scribae autem & pharisaei qui uidebantur le
gis esse doctores, et prophetarum uaticinio
non potuerunt intellegere saluatoris aduen
tum, & relictis illis abiit. Cum uenissent